

Quod tam diu (Nobilissime Domine) sustinuerim gratulatoriam meam  
in Deo de saluo reditu tuo dilectionem coram exprimere; et diutius quam  
aut debui, aut volui; aut fortasse non sine ratione tulerit opinio tua; Non  
imputabit candor tuus ulli oblivioni, vel officij mei debiti, quod ut captus nos-  
ter est religiose quandiu vixero sum observaturus; vel summa tua humanitatis;  
Nec non singularis pro me cura in omnibus quae mihi et miis in hoc nostro exilio  
solatio et allebamini esse possunt; quorum omnium grata recordatio habet in animo  
meo dum ipse memor mei fuero: sed valetudini seu morbo quem inclementius  
caelum his diebus praeteritis auxit ut cogar domi manere donec morbi veh-  
ementia deservuerit. Ne tamen Dominus forsitan miraretur nihil sibi re-  
ferri de negotio nostro, aut quid possit esse in causa, cur tam diu sustine-  
atur expeditio petitionis Serenissimi Principis: Ego enim rogavi Nobi-  
lissimum tuum et Meum Amicum Dominum Georgium Dubletum, qui me non ante  
multos dies miserat, ut tibi rem omnem patifaceret. Nobilissimus Dominus  
Weymentenus promittit se profuturum habere illud negotium, secundum Iustitiam  
Principis institutum et piam voluntatem. Dominus Scapius (quem Rex  
interitus voluit me alloqui) benignissime me excepit: et ipsum Serenissi-  
mum Principem tam de re alloquitur: Dominos quoque Consules Leydensis officio  
humanissimos et dabo affabiles, Etsi nolui anticipare Domini apud eos  
sermonem sed tibi integrum relinquere, si quando continget tibi hacare  
ut istos videas et alloquaris. Ego spero inessabente Deo) a morbo pro-  
senti paululum recreatum osculaturum tuas manus. Interim ut solidam  
salute salvas cum omnibus tuis Deum continenter oro, qui tua aeterna di-  
sum observantiss.

Dubletum vobis hodie mmi  
Angli Comiti. 16. Dec.  
1693

Arch. Passellens.

Hug. 37.





Nobilissimo et Ornatissimo Domino  
Domino Constantino Huyeno  
Equiti Clariss. et Suis Mechanicis  
Domino. observandiss.